

13. M. II, 86.  
h. 17, 12.

II k  
2184

SPECIMEN IVRIS PVBLICI  
DE  
IVDICIO PRINCIPVM ELECTORVM  
A MICABILI  
AD  
FOEDVS PRINCIPVM ELECTORVM NOVISSIMVM  
AN. MDLVIII. CAP. II. ILLVSTRANDVM.

SCRIPSIT  
ET  
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS  
AVCTORITATE

PRO  
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
CONSEQVENDIS

A. D. XXI. FEBRVARII MDCCCLXXXVIII.

H. L. Q. C.

AD

DISCEPTANDVM PROPONIT  
CAROLVS CHRISTIANVS CLARVS  
MERSEBVRGENSIS  
IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREVS.

LIPSIAE

EX OFFICINA SOMMERIA.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
(GAALE)

ILLVSTRANDVM



Specimen artis fabricae  
de  
Indicio principum electorum  
Americani  
ad  
Reges principum electorum novissimum  
Am. XVIII. Cap. II. Electoribus



Statuta in Regibus  
Americani  
Electores  
Sunt in Artibus  
Constitutis  
A. D. XII. Termini  
M. D. C.  
ad  
Disciplinam  
Carolus Christianus  
V. Elector

Thesis  
Ex Officina





À MESSEIGNEURS

**ADOLPHE HENRI BOSE,**

MARÉCHAL DE LA COUR DE SON ALTESSE ROYALE LA FEUE  
VEUVE MADAME L' ELECTRIC DE SAXE, CHAMBELLAN DE  
SON ALTESSE SÉRÉNISSIME L' ELECTEUR DE SAXE, CHANOINE  
DU CHAPITRE DE L' EGLISE CATHÉDRALE DE MERSEBOURG,  
SEIGNEUR DE OBERFRANCKLEBEN ET  
NICKERN ETC. ETC.

ET

**FRÉDÉRIC ADOLPHE**  
**DE BVRGSDORFF,**

CHANCELIER DE MERSEBOURG, CHAMBELLAN DE SON ALTESSE  
SÉRÉNISSIME L' ELECTEUR DE SAXE ETC. ETC.



À MESSIEURS

ADOLPHE HENRI BOSE,

MARÉCHAL DE LA COUR DE SON ALTESSE ROYALE LA REINE  
VEUVE MADAME L'ÉLECTRICE DE SAXE, CHAMBELLAIN DE  
SON ALTESSE SÉRÉNISSIME L'ÉLECTEUR DE SAXE, CHANOINE  
DU CHAPELLAIN DE L'ÉGLISE CATHÉDRALE DE MERSEBourg,  
SEIGNEUR DE OBERHAYNSCHEN ET  
MORLEN ETC. ETC.

ET

FÉDÉRIC ADOLPHE  
DE BARGSDORFF,

CHAMBELLAIN DE SON ALTESSE  
SÉRÉNISSIME L'ÉLECTEUR DE SAXE ETC. ETC.



MESSEIGNEURS

**F** De me flatte, que VOUS voudrez bien me par-  
donner de ce que j' ose mettre à VOS piés  
les fruits de mes veilles et travaux academiques.  
Les faveurs et les bontés dont VOUS avez toujours hono-  
ré mon pere et moi en particulier me font espérer, que  
VOUS



*VOUS* ferez un accueil favorable à cet ouvrage et le jugerez avec indulgence. Ce n'est point pour imiter les auteurs, qui mettent à la tête de leurs ouvrages des noms illustres, que je *VOUS* offre ce foible temoignage de mon respect et de ma vénération, mais bien pour répondre à des sentimens plus nobles et plus relevés. Ces sentimens sont ceux de la reconnoissance la plus parfaite, de l'attachement le plus grand et de la soumission la plus entiere; eux seuls guident et guideront toujours ma plume. Je respecte en *VOUS* des amis de l'humanité et des lettres, les protecteurs de mon pere, ses patrons et les miens. *VOUS* DIGNÉ et VÉNÉRABLE BOSE, qui *VOUS* intéressez tant à moi, qui avez daigné encourager mon enfance par *VOTRE* affabilité, *VOTRE* air doux et riant, me soutenir dans ma jeunesse par *VOS* soins et *VOS* secours, mon coeur n'oubliera jamais *VOS* bienfaits, il en sentira toujours



le prix et en conservera jusqu' au tombeau les sentimens  
les plus vifs d'amour et de reconnoissance, et VOUS,  
MONSEIGNEUR de BURGSDORFF, qui ne  
connoit pas VOS vertus et n' admire pas la grandeur de  
votre ame — c'est sous VOS yeux, que je commencerai à  
entrer dans la carriere, qui doit me conduire au bonheur,  
que je m'efforcerais de servir une patrie chérie en servant le prin-  
ce juste et bon, qui la gouverne. Voilà les motifs, MES-  
SEIGNEURS, qui m'engagent à VOUS offrir cet essai;  
puissiez VOUS les approuver et avoir pour agréables  
mes petits efforts dans les sciences sublimes. Insensible à  
toutes autres louanges, que pourroit m'attirer le pas,  
que je fais aujourd'hui, je serai content et m'esti-  
merai heureux, si VOUS voulez bien par VOTRE ap-  
probation me donner la récompense la plus flatteuse  
que je puisse attendre de mes études. Animé de cette espe-  
rance



rance je VOUS supplie de me continuer l'honneur de VOS  
bonnes graces et protection, je tâcherai de m'en rendre de  
plus en plus digne et de VOUS prouver, que personne n'  
est avec des sentimens plus distingués que moi

## MESSEIGNEURS

Leipsig  
le 27. Fevrier. 1788.

Votre très humble et très obeissant Serviteur

CHARLES CHRETIEN CLARUS.



---

DE

IVDICIO PRINCIPVM ELECTORVM AMICABILI.

---

§. I.

*Salus Imperii fundatur in concordia Principum Electorum.*

**N**ulla unquam exiit, nec exitura forte erit ciuitas, in qua tanta ciuium et membrorum inter se vi, potestate, studiisque diuerforum multitudo cernitur, quam in Germania. Etsi hanc ipsam ob causam internis fere motibus atque discordiis agitetur, firmissimis tamen nititur fundamentis, atque uniuersae potentiae distributio ita comparata est, vt vitam longaeuam ipsi augeremur pariter atque precemur. Periculum enim libertati Germanicae aut ab Imperatore ipso imminet, mox Principes Imperii, quorum salus a salute Imperii separari nequit, viribus coniunctis ruinam auent, aut ab hoste extraneo, et tota Germania certe omnem spernet hostem, aut ex ipso Imperio vis maior metuenda est, ecce mox tot suppetiae adsunt, vt nulla inde ruina metuenda videatur. At enim si internum corpus lustrare, pensitare, viresque expendere velis, totius potestatis medium in Principibus Electoribus reperies, vt concordiam Principum Electorum fundamentum salutis publicae merito dixeris. Quamobrem leges Imperii pluribus locis id non

A

agnoscunt



agnoscunt solum, sed eandem concordiam valde suadent. CAROLVS IV. in prooemio A. B. ait: *septem electores, per quos velut septem candelabra lucentia in unitate spiritus septiformis sacrum illuminari debet imperium, et Tit. III. §. I. qui velut columnae proceres (forte legendum procerae) circumspectae prudentiae sollerti pietate sustentant, quorum praesidio dextra imperialis potentiae roboratur.* Ipsi Imperatores iam ante Carolum IV. similibus elogiis Principes Electores ornarunt. HENRICVS VII. tabulis anni MCCCVIII. apud HONTHEIMIVM *Hist. Trev. Dipl. T. II. num. 608.* ait: *Romani Imperii celsitudo consurgens antiquitus et fundata mirifice super immobile firmamentum excellentiae praerogativa, qua viguit, columnis meruit stabilibus stabiliri et egregiis aedificiorum menturis indissolubiliter adornari. Inter quos quidem illustres Principes ad totius operis machinam superportandam praecipue ut columnas voluit potiori praestantia perennire, ut quo uberius gratiae privilegii insigniri sese sentiunt, eo amplius debeant in obsequiosae vicissitudinis redhibitione gratuita caeteris praeclarere.* Itaque ipsi Electores in CAPITVLATIONE CAESAREA art. III. §. I. Imperatori iniungunt: *wir sollen und wollen des heiligen Römischen Reichs Churfuersten als dessen innerste Glieder und die Haupt-Säulen des heiligen Reichs in sonderbarer Consideration halten.* Ex quibus omnibus intelligitur, ipsis legum latoribus id inprimis curae cordique esse, ut Principum Electorum potentia pro fundamento totius imperii haberetur, ideoque concordia eorum firmaretur. Iuuat addere A. B. cap. VII. §. I. quo CAROLVS IV. ait: *inter sollicitudines illas innumeras quibus pro felici statu sacri Imperii, cui auctore domino feliciter praesidemus, cor nostrum quotidie fatigatur, ad hoc praecipue meditatio nostra dirigitur, qualiter desiderata et salubris semper unio inter sacri Imperii Principes Electores iugiter vigeat, et corda eorum in sinceræ charitatis concordia*



concordia conferuentur, quorum prouidentia suo tempore orbi fluctuanti tanto celerius, tantoque facilius subuenitur, quanto inter eos nullus error surreperit, et purior fuerit charitas custodita, obscuritate succisa, et iure cuiuslibet dilucide declarato. Atque item iam LUDOUICVS IV. tabulis anni MCCCXXVIII. apud LVDWIGIVM Reliquiis Mssorum T. II. p. 274. inculcat; circa principatus, inquit, qui sacri imperii sunt cardines et columnae, quales sunt principatus, quibus ius pertinet eligendi Principem Romanorum, eo amplius oportet intendere, quo ex eorum bona prouisione sustentatur imperium, regitur mundus et fulciuntur alii principatus. Quae quidem loca ad probandam rem nostram sufficere puto, quibus ne opus quidem fuisset, si ipsa historia Germaniae veterem et nouam collustrare indeque probationes petere placuisset. Semper enim in ancipiti rem ad Principes Electores peruenisse, eamque fuisse sacram anchoram, qua salus Imperii in maximis procellis conseruata fuit, neminem historiae patriae peritum fugere potest.

§. II.

*Ipsi Principes Electores suam et totius Imperii salutem in concordia ipsorum esse positam agnoscunt, nec tamen reliquos principes a corpore suo separandos censent.*

A primis quidem Imperii nostri originibus in principibus sita fuit vis et potestas regni, paulatim tamen in collegio Principum Electorum residere coepit, idque statim ab iis fit conspicuum temporibus, quibus Archiprincipes separatam consilium in regimine Germaniae constituere coeperunt. De quo quidem consilio ab Imperatore in omnibus magni momenti negotiis adhibendo differuit



BIENERVS V. CL. in opere: *de plenitudine Potestatis Caesareae P. I. Sect. I.* quamvis Imperatores id negligere fere solent. At enim id non impedit, quo minus Principes Electores sponte talia capiant consilia, quae ad salutem ipsorum imperiique tutelam spectant. Quamobrem Principes Electores a multis retro seculis non solum iure corporis sui foedera inierunt, quibus salus Imperii firmaretur, sed ad concordiam etiam in collegio suo inprimis firmandam, tuendam et conseruandam multa vtiliter constituerunt.

In prima et antiquissima Principum Electorum Vnione Anno MCCCXXXVIII. inita (per naturam enim hominum facili modo discordiae oriri possunt) iam placuit iudicium ordinare amicum inter Electores his verbis: *Gescheh auch, dz deheinerleie Zweiung oder Zweifel an diesen Sachen under uns den Kurfuersten uffstueden, was wir dann gemeiniglich odr der merertail daruber sprechen und machtend, das sol macht haben, und suln auch des halten an Arglist.* Ab hoc tempore Principum Electorum mos fuit, vt quoties aut necessitas aut vtilitas rei publicae Germanicae suadere videretur, foedera inirent, quibus et sponderent, se salutem Imperii tuituros et simul concordiam inter se obseruandam nouis modis definirent. *Tabulae foederis* anno MCCCLXXXVIII. inter Principes Electores initi inter alia haec habent: *Zum ersten, dass wir Herren obgenannt in allen Sachen und Handlungen, die die heilige Kirche und den heiligen Stuhle von Rome, als von des Babilom wegen und die das heilige Roemische Ryche und uns Churfuersten, als von des heiligen roemischen Rychs und unser Kurfuerstentome wegen, antreffende sind, vesticlichen und in ganzen Truwen by einander bliben und die sementlichen handeln sollen, und unser eincher oder jemand von sinen wegen sal da inne nit werben, tun, oder einig Fuertteil suchen ane die andern noch ane ihren Wissen, Willen, und*



und Gulduncken in einiger Weise. — Queme auch einige Tedinge, Rede oder Werbung an einchen von uns vorgenannten Herren vor der vorgenannten Stuecke und Artikel wegin, darzu sal der Herre under uns, den das anqueme nit endelich antworte geben, noch darynne eincherley dun, ane des andern und unser aller Wissen und Willen, und was wir alsdann in den Sachen samentlich zu Rathe werden zu tun, das sollen wir samentlichen tun und unser einer nit ane die andern, ane alle Geverde. Plura loca huius probationis ergo coaceruare nolo, quippe res tam clara et monumentis medii aevi vbique tam testata est, vt nihil in contrarium dici aut fingi possit. In omnibus Principum Electorum vnionibus in id inprimis intenditur animus, vt status Imperii conseruetur, eamque in rem fere vt in VNIONE ELECTORALI an. MCCCCXXXVI. constituitur: *Unterstuende sich auch jemand, in welchen Wesen der waere, das heilige Roemische Reich oder einige seine Zugehoerunge zu schmelen, abzubrechen, oder dem Reiche zu entfremden, oder das Reich zu entghedern, darwieder sollen wir samentlich sein, und sollen unsern Willen, Gunst, und Verhengnis darzu nicht thun, noch geben in keine Weis.* Quam arcto autem cohaereant vinculo Principes Electores, plura docent loca: Vnum adscribam, citato foedere cautum legitur: *und were es, dass jemand wer der were, in was Stattes oder Wesens der were, von dieser unser Buendnisse und Einunge wegen, seine Ungunst oder argen Willen, es were mit Feindschaft oder anders, wie das zugienge, an uns samentlich oder besonders legen wollte, das solte uns Herren iglich saemlich antreffen, und unser einer soll sich von den andern nicht scheiden, sondern unser jeglicher von uns soll dem andern ohne Verzug darinne und darwieder getreulichen, beystaendig, berathen und behulffen seyn mit seiner Rittertschaft, Schlossen, Stedten, Landen, Leuten, und aller seiner ganzen Macht, als lange der Not ist, an allerley Intrag, Wiederrede, Hindernisse und Geverde.*





Quam quidem concordiam etiam in comitiis Imperii seruandum sibi  
 spondent iidem principes, exstatque in FOEDERE GELNEVSANO  
 an. MDII. pactum tale: *Desgleichen sollen und wollen wir uns hin-*  
*fuhr, da wir persoendlich oder durch unsere Anwaeldae zu kaiserlichen*  
*oder koeniglichen Tagen erscheinen werden, in rathschlagen, antworten,*  
*und beschlussen, nicht trennen noch von einander scheiden, sunder als*  
*ein Wesen und Sammelungen bey einander halten, stehen und*  
*bleiben, und was wir alle oder der mehrer Teyl unter uns vor das beste*  
*im Rathe ermessen und beschlueffen das zu antworten oder zu thun sey,*  
*dem sollen wir alle gehellen, und anhangen, in maassen denn uon alter*  
*bey unsern Vorfahren und Voreltern loeblich herkommen ist.* Atque  
 vt vinculum hoc firmitus sanctiusque redderetur, eadem formula  
 cautum, vt posteri Principum Electorum in foedus commune  
 reciperentur omniaque haec inuolabiler seruanda iureiuran-  
 do promitterent. Sed quid multa? vidimusne nostra me-  
 moria illustrissimum concordiae et amicitiae exemplum immi-  
 nente tempestate, quae salutem Germaniae turbare minabatur?  
 et quod olim iam Principibus Electoribus saepe placuit, vt ii inpr-  
 mis in foedus coirent Principes Electores, quorum aut res ageba-  
 tur, aut maxima erat de Imperio conseruando sollicitudo, quid?  
 quod, vt alii etiam inuitarentur focii et amici foederis, id etiam  
 nostra aetas felici successu in vsum deduxit, vt accuratior imperii  
 historia non mores maiorum solum iustitiamque talium foederum  
 pro palam faciat, sed demonstret etiam viam, qua via procellis iam  
 imminentibus obuam iri possit. Prudenter autem Principes Ele-  
 ctiores, simul ac res maioris momenti videbatur, etiam reliquorum  
 Germaniae Principum consilia et auxilia suspexerunt, id quod  
 more maiorum recte omnino fieri potest. In foedere Electorali  
 anni MCCCCXXXVIII. Principes Electores aiunt: *So getrauen*  
*wir*



7

wir, dass alle andere Fuersten, geistliche und weltliche, ganz Teutsch-  
landes sich von uns in solcher obgeschriebener goettlicher und redlicher  
Eynung nicht scheiden sollen und wollen, die wir auch alle gerne in  
dieser unsere Eynung in obgeschriebener Maaß nemen wollen, ausge-  
scheiden alle Argelst und Geverde. Qui vnus locus omnem reli-  
quorum principum inuidiam ab omnibus Principum Electorum  
foederibus auertere potest, vt adeo ne calumnia quidem aliquid  
audere vel moliri queat. Ex quibus omnino intelligitur, foedus  
istud Berolini mense Julio MDLVIII. inter Electores Euan-  
gelicos initum, ad quod amplectendum omnes alii Principes, nulla  
aut religionis aut potentiae habita ratione inuitati fuerunt, mori-  
bus maiorum plane congruere, neque rem nouam, sed saepius iam  
in vsum deductam tractare, vt ii, qui hoc foedus nouissimum im-  
pugnant, aut ignorantiam aut malitiam prodere videantur. Itaque  
placuit Principibus Electoribus simul constituere modum expedi-  
endarum litium inter ipsos forte exortarum, vt ne discordia salutem  
Imperii turbaret. In hoc autem genere imprimis in consideratio-  
nem cadit *Vnio principum Electorum* anno MDLVIII. inita, quem  
locum videamus.

§. III.

*De foedere Electorum anno MDLVIII. inito breui differitur, et locus  
de amabili iudicio inter Principes Electores affertur.*

Plura quidem inde a Seculo XIII. foedera inter Principes  
Electores inita fuerunt, sed omnia in ea incidunt tempora, quibus  
vna ecclesia per Germaniam fouebatur, ideoque omnino dubitari  
potuisset, an illa concordia in Electoribus vtriusque religionis sta-  
ret, quam quidem dubitationem inanem per se neque vllis rationi-  
bus



bus suffultam nouissimum Principum Electorum vtriusque religionis foedus sustulit anno MDLVIII. quo non concordia solum pristina firmata et restaurata, sed inprimis ad nouam Imperii formam prolata et accommodata fuit. Quod quidem foedus hodieque in praecipuis Imperii Germanici fulcris omnino poni dignum pleraque ex pristinis foederibus repetiit, atque vt ne religionis discrimen corpus dissociare videretur, mox ab initio cautum: *Wir sollen und wollen auch beyderseits Religion und Ceremonien halber keiner den andern auf kuenftiger Wahl-Croenungs Taegen oder sonst ausschliessen noch unfaehig achten, oder einiges Unwillens uns gegen einander anmassen, sondern uns vielmehr freundlichs Guten besteißen, und in alle Weg keiner den andern derowegen gefaehren.* Sed de amicabili Principum Electorum iudicio Cap. II. statuitur: *Und auf dass diese unsere Einigung und Verirag desto bestaendiger seyn und bleiben moegen, so wollen wir, dass die Austraege, so zwischen unser jeden gegen den andern in sondern Veriragen und Verschreibungen hiervor rerfast und aufgerichtet waeren, auch dieser Einigung halber in Wesen und Kraeften bleiben und hiermit repetiret und erneuert seyn sollen, als ob sie von Wort zu Wort hierinne begriffen und verleibet.*

*Wo aber etliche unter uns nicht in sonderlichen Austraeagen oder Verfassungen waeren, und derselben einer einigerley Ansprach oder Forderung zu dem andern gewoenne, von Spenne wegen, die von neuen aufstehen, oder aus vergangenen Handel fließen wuerden, dass Gott nicht wolle, welchen unter uns dann beduenket, dass ihme von dem andern unguetlich geschehe und derselbige solches insonderheit, oder aber beyde Theil so irrig seint, an uns die andern entweder Zweyen naechstgeessen, oder nach gestalt der Sachen alle vier Churfuersten um Benennung guetlicher Handlung gelangen und suchen wuerden, so sollen alsdenn dieselbigen zwey oder*



oder vier Churfuersten, so also zu Unterziehung der Guetlichkeit er-  
sucht, die zwey irrige Ihre Mit-Churfuersten an der gewoehnlichen  
Wahlstaedt eine, als Mainz, Franckfurth, Geilnhaußen, Fulda oder  
Muehlhausen, vor ihnen nach Gestalt der Sachen, entweder selbst eigener  
Person, oder durch ihre allerseits treffentliche Raethe zu erscheinen, benen-  
nen, daselbst beruehrte beyde irrige Churfuersten nach Gelegenheit und  
Wichtigkeit des Handels vor uns den guetlichen Unterhandlungsfuersten  
in der Person auch selbst, oder durch ihre gevollmaechtigte Raethe ein-  
kommen; daselbst nach Gestalt der Sachen guetliche Unterhandlung pfle-  
gen zu lassen, doch mit dieser Bescheidenheit, dass solche Guetlichkeit  
hier zwischen vier Monaten Zeit endlichen verrichtet, oder jedem Theil  
das ordentliche Recht vermoeg der Reichs und Cammer-Gerichts Ord-  
nung hiemit zugelassen sein soll. Im Fall aber das nach Gestalt und Ge-  
legenheit fuerfallender Sachen einem oder dem andern oder auch zugleich  
beyden Theilen abgesetzte Guetlichkeit nicht gelegen, oder annehmlich,  
sondern sich einen oder beyde Theile ordentlichs gebuehrlichs Rechtens  
gegen den andern zu gebrauchen vor haette, und nicht erlassen koent, de-  
nen samt oder sonderlich soll dasselbig vermoeg des Heiligen Reichs im  
Jahr acht und vierzig, und juengst im Jahr funfzig funf der wenigern  
Zahl zu Augspurg aufgerichter und revidirter Cammergerichts Ord-  
nung, in welcher mit zeitigem gutem Rath etliche heilsame sonderbahre  
Austraege, wie und welchermaessen Churfuersten, Fuersten und Fuersten-  
maeßige einander in erster Instanz zu Recht fuerfordern sollen, gesetzt  
und geordnet, auch sonst nach Herkommen fuerfallender Sachen sich der-  
selbigen oder andern darcin verleitben rechtlicher Huelf und Mittel dem  
klagenden Theil an die Hand zu nehmen und zu gebrauchen; durch diese  
unsre bruederliche Einigung hiermit frey gestellet und ondenommen seyn;  
ohne alle Weigerung und Gefahrde.

ibustqoo B §. IV.



*Analyfis istius loci instituitur, et uniuersa subiungitur illustratio.*

Cum in uniuersum omnes lites et causae triplici modo dirimuntur, aut amicabile transactione, aut compromisso in arbitros, aut magistratus competentis auctoritate, eosdem fere modos controuersiarum inter Principes Electores dirimendarum hic allatos uideo. Primum quidem amicabile iudicium inter ipsos Electores statuitur, quod Principes Electores sponte adhibitis principibus coelectoribus suis obire constituunt, ut tamen nulli imponatur necessitas, hanc ipsam discordiae componendae ineundi rationem. Atque omnino id sapienter placuit, quippe vis et coactio, quae necessitatem iuris comitatur, exitus haud raro difficiles habet, tantumque abest, ut haec firmandae concordiae sit uia, ut potius ruptura foederis, bellum civile atque insaufa discordiarum flamma inde exoriatur. Nihil enim magis in Germania praecauendum est, nisi, ut ne inter ipsos Principes Electores bellum exardescat, quod facile toti Imperio flammam inferre et ruinam parare possit. Itaque constituerunt Principes Electores amicabile iudicio adhibitis coelectoribus suis controuersias componere suas.

At enim fieri potest, ut aut nulla sequatur rei litigiosae compositio, aut ex singulari causa displiceat hoc iudicium, tum quidem patent Ausraegae prima inter Principes instantia, coram quibus disceptetur secundum modum legibus definitum. Huius quidem instantiae mentionem ideo fieri placuit, ut ne iuri publico derogatum inque eius locum illud ipsum iudicium amicabile surrogatum uideretur. Deinde si aut committatur instantia Ausraegalis aut displiceat litigatoribus quomocumque, res redit ad legitimam disceptandi



ceptandi rationem in tribunalibus Imperii instituendam, vt legum iurisque auctoritate dirimatur controuersia, neque vnquam ruatur ad arma. Ex quibus omnino intelligitur, matura deliberatione et sapienti consilio haec omnia fuisse constituta, vt concordia inter Principes Electores seruaretur, neque vnquam ex litibus eorum bella sererentur. Quae quoniam secundum Iuris publici ordinem sapienter et prudenter constituta fuerunt, mea explicatione aut illustratione non egent, sed haec omnia tum demum, si priuata transactio inter Electores, qui disceptant, locum non habeat, applicari et posse et debere manifestum est, quamuis nulla eius rei in hoc loco mentio facta fuerit. Priuatam enim transactionem Principibus Electoribus denegari non posse, manifestissimi Iuris est.

*§. V.*  
*Illustratur ille locus ex foederibus Principum Electorum antiquis, ut origines pateant.*

Iudicium istud illo foedere, ex quo verba dedimus, non primum inuentum, sed ex prioribus vnionum Electoralium formulis retentum et ad nouam Imperii formulam accommodatum fuit. More medii aevi introductum fuit, vt mox iudices foederis caussarumque inde emergentium constituerentur, quod omnino salutare ac frugiferum ista tempestate, qua omnis fere iudiciorum potestas emortua erat, existimabatur. Potuisset quidem post introductum Camerae iudicium retenta veterum Austraegarum forma illud ipsum iudicium omitti, vt si transactione res definiri non posset, mox iretur ad Austraegas, sed e republica id retineri ideo forte visum fuit, quia controuersiae Principum Electorum in publicum periculosiores sunt, quo maiore gaudent per imperium vi et potestate, ideoque



que tantum abest, vt id reprehendum putarem, vt potius laudibus praedicarem. Sed videamus quid veteres formulae sanciant. IN FOEDERE PRINCIPVM ELECTORVM BINGENSI anno MCCCCXXXIII. cautum legitur: *Waere es dann, dass unser einer nach dato dieses Briefs, einerley Ansprache oder Forderung zu den andern gewinne, der Spenne wegen, die fuerstehen werden, dass Gott nicht wollte, welchem unter uns dann bedunkte, dass ihm von dem andern unguetlich geschehe, der soll demselben schreiben, und ihn mahnen, seiner Freunde zween oder drey zu dem naechsten Monden uf einen Tagk, den er ihm auch benennen sol, an ein gelegen staedt zu schicken, und denselben Tag sollen derselben beider Herren, Freunde, Ansprache, Antwort, Wiederrede, und Nachrede von beyden Seiten verhoeren, und versuchen, ob sie solche Zwietracht, Spenns und Zueihunge in der Freundschaft und Guetigkeit uebertragen, und hinlegen moegen, mochte aber das nicht gesein, so sollen dieselben beyde Parteien Ansprach und Antwort darnach in den naechsten Monden dem Herrn, der dann nach Ordnung unser Herren und Churfuersten obgenannt, des Iars ein Gemeiner ist, als hernach geschrieben stet, in ihren besiegelten Schrifften und Briefen ueberantworten, der dann auch in den nechsten zwen Monden, nachdem ihm solche Ansprach und Antwort in besiegelten Schrifften uebergeben und ueberantwortet worden sind, uf seinen Eyde darumb erkennen und aussprechen soll. Es werde denn, dass es mit beeder Partei Wissen und Willen erlangt iwerde, und auch beyden Parteyen solchen seinen Ausspruch mit seinen besiegelten Briefen schiken und uebergeben lassen soll, dobey es auch verbleiben und von beyden Partien gerugklich und genzlichen gehalten werden soll, on alle Geferde. Were es aber, dass unser einer zu dem andern unter uns, der des Iars ein Gemeiner waer, oder der selbe gemeine wieder unser einem Ansprache und Forderung gewenne, oder ob der selbe Gemeine des selben Iars von Krankheit wegen des nicht gewarten moechte, oder nicht*

bei



bei Lande were, so sollen dieselben, die also mit einander zu schaffen ge-  
 wonnen, dann aber in obgeschriebener Maasse ire Freunde zu Tage schicken,  
 und ob sie sie nicht guetlichen mit einander uebertraegen und vereynen  
 koennen, so sollen beyde Parteien ihr beschriebene und besiegelte Anspra-  
 che und Antwort der andern Fuersten einem, der nach Ordnung der  
 naechsten Iars darnach ein Gemeiner werden soll, uebergeben und ant-  
 wortten, der dann auch in dem naechsten zweyen Monden, nachdem In  
 solche Ansprache und Antwort uebergeben und geantwortet worden sind,  
 uff seinen Aydt darumb erkennen, und aussprechen soll in der Mass als  
 vorgeschrieben stehet, und auch beiden Parteien solchen seinen Erspruch  
 mit seinen besiegelten Briefen schicken und uebergeben lassen ungeverlichen,  
 dabey es denn aber verbleiben und gehalten werden soll, one alle Geverde:  
 In FOEDERE PRINCIPVM ELECTORVM anno MCCCCXXXVI  
 Francofurti inito eadem repetita fuerunt, sed in FOEDERE GELN-  
 HUSANO anno MDII. inito cauetur: Und auf dass diese unsere Ey-  
 nung und Vertrag desto bestaendiger sein und bleiben moege, so wollen  
 wir dass die Austrage, so zwischen unser jeden gegen dem andern in  
 besondern Vertragen und Verschreibungen hiervor verfaßt, und uffge-  
 richtet waren, auch dieser Eynung halber, in Wesen und Kraefften sein  
 und bleiben und hiermit repetiret und verneuert sein sollen, als waren  
 die von Wort zu Wort hierinne begriffen und vorleibt. Wo aber zwi-  
 schen etlichen unter uns nit sonderlich Austrage oder Verfassunge waren,  
 dieselben sollen ihren Austrag, um kuenftig Irrunge oder Gebrechen,  
 so zwischen ihnen erwachsen moechten, nach Ausweisung des Reichs  
 Ordnung zu Worms verschyner Zeit zwischen Churfuersten, Fuersten,  
 und Fuerstenmaessigen uffgerichtet, haben und suchen, und was allda  
 durch den Churfuersten, Fuersten oder Fuerstenmaessigen, so von dem  
 Klager, laut bemeldter Ordnung, zu Richter angenommen, in Recht  
 erkannt und gesprochen wirdet, das sollen beyde Theil ohn alle



*Weigerung annehmen, das halten und vollziehen, sunder Geverd,*  
 Haec omnia sapienter ex isto tempore statuta fuerunt, quia iudicium  
 camerale vix fundatum iam multis procellis agitabatur, ipseque  
 adeo Imperator Maximilianus I. haud admodum isti iudicio faue-  
 bat. At vero cum Maximilianus I. neglecto fere omni Iuris or-  
 dine ad aulam suam euocauerat Electorem Coloniensem, vt pro  
 lubitu ius dicere videretur, multaue alia euenerant, quae nouum  
 foedus suadere poterant, id non factum solum fuit anno MDXXI.  
 Wormatii, sed inprimis cautum in controuersis Principum Electro-  
 rum, vt primo loco Austraegae conuentionales obseruarentur, dein  
 constitutum. vt Principes Electores litem suam ad quatuor reliquos  
 litis expertes Electores referrent, qui partibus et argumentis vtrinque  
 auditis aut amicam compositionem facerent, aut sententiam ferrent, cui  
 sine contradictione et appellatione litigatores parerent. Hic locus qui-  
 dem fundamentum eius loci est, qui in foedere Principum Electorum  
 nouissimo continetur, sed hic distinctior et ad formulam Imperii  
 accommodatior est, vt melior omnino Iuris publici doctrina pateat.  
 Sed vt haec omnia clariora reddantur, et in conspectu legentium  
 ponantur, verba foederis addam. PRINCIPES ELECTORES  
 aiunt: *Zum ersten so sollen und wollen wir einander mit guten rech-*  
*ten und gantzen wahren Trauen und Freundschaften meynen, haben,*  
*halten, und um keinerley Sachen oder Geschicht willen, wie sich das zu-*  
*füegen oder machen moechte, mit oder gegen einander zu Fehden, Krie-*  
*gen, Aufruehren, oder Zugriffen kommen in keine Weiß, ohne alle Ge-*  
*fährde.*

*Und auf dass diese Einung und Vertrag desto beständiger seyn*  
*und bleiben moege, so wollen wir, dass die Austraege, so zwischen unfer*  
*jedem gegen dem andern in besondern Vertraegen und Verschreibungen,*  
*hier*



hiervor verfaßt und aufgerichtet waeren, auch dieser Einung halb in Wesen und Kraeftern sein und bleiben und hiermit repetirt und erneut sein sollen, als waeren die von Worten zu Worten hierin begriffen und verleibt.

Wo aber zwischen etlichen unter uns nicht sonderliche Austrage oder Verfassung waeren, und derselben eine einigerley Anspruch oder Foerderung zu dem andern gewinne, von Spaenne wegen, die von neuen aufstehen oder aus vergangenen Handel fließen werden, (das Gott nicht wolle) welchen unter uns dann beduenket, daß ihme von dem andern unguetlich geschehen, der soll demselbigen schreiben, und begehren den andern viern aus uns fuerter zu schreiben, und zu bitten, als er auch thun soll, um Tage in der Sachen anzusetzen, welche viere auch alsdann in zween Monaten darnach einen Tag beeden Theilen an ein gelegene Mahlstatt, als zu Mainz, Franckfurth, Geilnhausen oder Fulda, von ihren eigenen Persohnen oder ihren trefflichen Raethen zu erscheinen, benennen, und auf demselben Tag beyde Theil durch sich selber persoendlich, oder ihre vollmaechtige Anwalt erscheinen, und die andern vier aus uns oder derselben treffliche Raethe, Ansprach, Antwort, Wiederrede und Nachrede von beeden Seiten verhoeren, von Worten zu Worten durch ihre Cantzlei-Schreiber auffzeichnen lassen, Konde und Kundschaften, ob jemand die zu fuehren noth haette, oder beehrte, verhoeren, ihre Sage ausschreiben, auch Brief, Siegel und anders was die Partheyen vor und dargegen fuerbringen wollten, auf- und annehmen und darauf beschließen lassen, und darnach mit allem Fleiß Wege suchen sollen, ob sie solche Zwietracht, Spaennen, Maengel und Zueiung in der Freundschaft und Guetigkeit vertragen und hinlegen moechten.

Wo aber dieselbigen Spaenne und Maengel nicht also in der Freundschaft und Guetigkeit vertragen oder hingelegt werden moechten,  
so





so sollen die vier Verhoerer aus uns, oder derselben treffliche Raethe alles, daß sie von beyden Theilen obgenanntermaassen gehoeret und empfangen haben, zu sich nehmen und behalten, und sich ein jeglicher unter den vieren mit seinen gelehrten und ungelehrten Raethen und andern verstaendigen, nach ihren Gutbeduncken, berathschlagen und je einer dem andern Rathschlag in zweier Monats-Frist nach dem Beschluss der Sachen zu erkennen geben. Und so sich die Rathschlaege einander nicht vergleichen wuerden, alsdann ihre treffliche Raethe an der obgenannten vier Mahlsaette eine schicken, sich des endlich und eintraechtiglich haben zu entschliessen, und wie sie sich entschliessen, das soll in eine Schrift gestellet werden, und darnach die vier aus uns, die beyden Partheyen vor uns, oder unsre treffliche Raethe obgemeldter Mahlsaette ein Urtheil aussprechen, zu hoeren erfordern, daselbst auch die Partheien durch sich selbst, oder ihre volmaechtigen Anwaeldt erscheinen, und Urtheil auszusprechen begehren, und dann alsbald die Urtheil oeffentlich verlesen werden sollen, und wie dieselben ausgesprochen und einhalten werden, dabey soll es stark bleiben, davon kein Theil appelliren, recurriren, oder reduciren soll in keine Weiss, sondern wir alle Churfuersten wollen dasselbe, so viel einem jeglichen beruehren wird, annehmen getreulich und gaenzlich halten. Als wir dies auch jezo als dann, und dann als jezo in Krafft dieses Briefs mit unsern guten Wissen und Willen annehmen, und Einfolg thun wollen ohne alle Weigerung und Gefehde.



## §. VI.

*De vi et potestate iudicii amicabile inter Principes Electores  
recepti.*

Triplicem modum componendi dissidia Principum Electorum isto loco comprehendere praeter priuatam transactionem, supra iam monuimus, necesse igitur est, ut id ipsum accuratius pensitemus. Quod si igitur disceptandum erit inter Principes Electores, causa primum remittitur ad Austraegas conuentionales, quales in primis substitunt inter Principes Electores ad Rhenum. Fieri enim potest, ut ex singulari causa, ex proprio foedere et situ territoriorum nascatur controuersia, quam isti Austraegae optime cognoscere ac definire possunt, ideoque more maiorum ad hos iudices remittuntur controuersiae. Deinde insignem fere fiduciam in iudicibus propria auctoritate sibi electis ponunt Germani, persuasi fore, ut sine ira et studio iudicent, ex quo fit, ut sponte accipiatur tale iudicium, ideoque omnino e republica est, ut obseruentur tales iudices. Quod si vero proprii Austraegae deficiunt, aut quod omnino licere debet, si displiceant litigatoribus, locum habet iudicium Principum Electorum amicabile.

Exorta igitur controuersia inter duos electores implorari possunt aut duo aut quatuor Electores, ex quorum iudicio lis componatur. Itaque primo loco personae erunt considerandae. Sponte non constituitur hoc iudicium, sed aut pars laesa, quae ius sibi denegatum ab altera parte putat, implorat Electores, ut constituantur iudicium, aut vtraque pars in lite et causa huic iudicio committenda consentiens id ipsum exoptat. Penes implorantes est, utrum duos in vicinia constitutos, aut quatuor, prout aut uti-

C

litas



litas aut necessitas suadet, rogare relint, vt hoc suscipiant iudicium. Duo aut quatuor Principes Electores a litigatoribus implorati ex pacto suo tenentur, hanc curam subire, vt recusatio talis iudicii omnino cessare videatur. Neque enim verba solum foederis id suadent, sed ipsa rei necessitas exigit, quippe alioquin totum iudicium non posset non cessare. Imploratione autem accepta formandum erit iudicium, in quo aut ipsi Electores aut eorum legati et procuratores adsunt, id quod hodie omnino fiet.

In iudicio ordinando locus in considerationem cadit, ipsaque lege quinque memorantur vrbes, quae possunt ac debent eligi, scilicet Moguntia, Francofurthum, Gelnhusa, Fulda, Muehlhusa. Ex quibus rationibus haec loca placuerint, forte dici nequit, nisi vicinitatis rationem habueris. *Tabulis anni MCCCCXXIV.* Francofurthum et Aschaffnaburgum definitur, quibus anno MCCCCXXXVI, Moguntia fuit addita, anno MDII. et MDXXI. Aschaffnaburgo omisso Fulda et Gelnhusa, tandem anno MDLVIII. Muehlhusa accesserunt. Loci quidem electio est penes electores iudices ex formula foederis, quamuis non dubitauerim, vtrique parti licere in litteris suis definire locum, in quo disceptetur. Ordinato autem tam loco quam iudicio comparere debent partes statim condictioe die aut ipsae, aut per legatos et procuratores mandatis instructos, vt definiatur amicabili ratione lis et causa. Audiendas esse partes earumque argumenta, vt transactio ex consilio Electorum procedat, omniaque haec fide publica in scripturam redigi oportere, natura rei suadet, licet formula foederis nihil definiuerit. At vero vt ne hoc protrahendae causae inferuiat, tempus quatuor mensium intra quod omnia peragantur, definitum est, alioquin parti laesae permissum est, adire iudicem ordinarium.

Quod



Quod ad causas in hoc iudicio tractandas attinet, nihil quidem definit foederis formula, nequidem tamen puto, nullam plane excludi causam, non talem quidem, in qua mandatum sine clausula obtineri potest. Est enim huius iudicii ratio, ut omnes lites et causae inter Principes Electores obortae ab aliis Electoribus amica ratione componantur, ideo nec quaestiones possessionum excluderem. Atque id ipsum etiam breue tempus intra quod peragatur iudicium suadet. Exitus autem iudicii duplex esse potest, ut aut sequatur concordia aut eatur ad iudicem. Lite composita certe de executione mouenda non erit quaestio, quia amicabile compositio auctoritate aliorum Electorum inita non facile recusabitur, exortis tamen de adimplenda transactione dubitationibus, iidem Principes Electores, quorum ope et consilio lis composita fuit, efficiunt, ut ne oriatur noua controuersia, an vi eandem exequi, aut se ob contumaciam laesos dicere possint? dubito atque omnino nego. Huic enim iudicio vim et potestatem inesse, neque formula foederis, neque natura iudicii concedit. Itaque executionis obtinendae gratia iudex adeundus erit. At vero si mox ab initio concordia et transactio effici nequit, res et causa ad iudicium deducitur, ut auctoritate caesarea definiatur, quod per transactionem desigari non potuit, ex quibus simul intelligitur, Electori laeso et de concordia in hoc iudicio restauranda dubitanti aut desperanti mox licere adire iudicem, ut auxilium eius imploretur, quemadmodum nec impediri puto, quo minus laesus Elector etiam priuata auctoritate in casibus iure publico licitis sibi consulat, seque et terras tueatur suas. Cum enim vniuersum hoc iudicium salua Imperii formula et propriis iuribus obtinet, omnino efficitur, ut casus, quibus propria auctoritate ius dicere permillum, excipiantur. De sumtibus haud facile mouebitur quaestio, quamuis autem suis sum-



tibus adesse oportere, tam conditio personarum ipsarum, quam ratio et finis huius iudicii suadent, iis adeo casibus, quibus concordia incassum tentata aut elusa fuit. Hos enim sumtus ipsi Electores ob salutem reipublicae suscipiunt, vt hac de re nulla dubitatio superesse videatur.

§. VII.

*De usu hodierno huius iudicii inter Principes Electores constituti.*

Cum inde ab anno MDLVIII. in corpore Principum Electorum atque in vniuerso prope imperii statu multiplices mutationes factae fuerint, omnino quaeri potest, an iure nouo hoc iudicium obtineat. Equidem id ipsum adhuc obtinere puto. Etenim ista foederis Electorum formula hodieque pro nouissima habetur, ipsaque capitulatione caesarea confirmatur, principes etiam Electores eandem agnoscunt, foedusque perpetuum, quo salutis publicae causa iunguntur, in illa ipsa formula fundant, necesse igitur est, vt hoc etiam caput omnino valeat. Deinde finis illius iudicii est, vt concordia inter Principes Electores seruetur, interrupta restituatur, omnisque interni belli occasio praecidatur, quae quidem omnia hodieque optabilia sunt, efficitur ideo, vt et medium huic fini accomodatum stet, vigeat. Quod quidem a nemine facile dubitabitur, sed de modo exercendi istud iudicium ambiguitas oriri potest.

Quod primum ad personas attinet, quae huius iudicii participes esse possunt, nullus equidem dubito, quin ad regem Bohemiae



miae et Electorem Brunsvico - Luneburgensem, ea, quae supra  
 diximus, proferri debeant. Quamquam enim Rex Bohemiae iam  
 olim in Electoribus memoratus fuit, tamen negotia Imperii simul  
 tractare omisit, ut reliqui sex Electores in conferuando Imperii  
 statum suam inprimis agi recte crederent. Itaque regem Bohe-  
 miae foederum Electorum participem fuisse non reperio, neque  
 in nouissima vnione eius nomen legitur, ac ne tum quidem, quo  
 nexus prisca Bohemiae cum Germania regnante Iosepho I. restau-  
 ratus fuit, mox in societatem foederis Electoralis transiit, donec  
 anno huius seculi XXXV, etiam Bohemorum Rex Electorum  
 foederibus accessit. Ex quo sequitur, ut in iudicio Principum Ele-  
 ctorum amabili eius etiam ratio habenda sit. Eadem fere est  
 Electoris Brunsvigo - Luneburgensis ratio. Etenim hic quoque eo-  
 dem tempore in societatem foederum Electoralium transiit, ut  
 omnino, quae olim inter sex Principes Electores statuta fuerunt,  
 nunc inter octo valeant. Quamobrem si placeat iudicium amicabile  
 constituere, aut duo aut quatuor aut etiam sex Electores litis  
 componendae gratia implorari possunt, ut quid in tali re statuatur,  
 omnium consiliis examinetur et definiatur.

De loco et tempore mihi omnino dubitatio oritur, an ob-  
 seruari possint, ac debeant. Nihil quidem prohibet, quo minus  
 Electores in loco statuto conueniant, an autem futurum sit, valde  
 dubito. Moribus enim nostris talis res explicari solet per mini-  
 stros et legatos, qui procuratorum instar ex mandato ipsorum  
 Electorum agunt, congregati autem sunt in loco comitiorum, ideo-  
 que optima talis iudicii constituendi ratio erit, ut legatis comitio-  
 rum caussa missis mandetur negotium, nisi per Ministros in aulis  
 Principum Electorum residentes litem componere placeat. For-



ma enim ipsius iudicii ab arbitrio Principum Electorum pendet,  
 et hodierno more vix iudicium poterit appellari, quippe per  
 scripta ipsorum principum accelerantibus aliorum Principum con-  
 siliis concordia reconciliabitur. Quamobrem, nego etiam illud  
 tempus formula foederis definitum observari oportere, quamquam  
 reliqua omnia ex iure imperii publico valere existimo. Quae  
 Quae quidem ad illustrandum iudicium inter Principes  
 Electores statutum sufficere iusto, constitueram etiam, differere,  
 quid differret hoc iudicium ab instantia Austragali, sed quia iu-  
 dicium Austragarum ex disciplina Iuris publici satis cognitum est,  
 lector utriusque iudicii comparationem facili negotio instituet, ego  
 vero contentus ero, idemonstrasse, nihil magis curae cordique  
 unquam fuisse Principibus Electoribus, quam salutem Germaniae,  
 eiusque finis obtinendae optimum et saluberrimum medium sem-  
 per creditum et existimatum fuisse internam collegii Electoralis  
 concordiam, cuius tuendae, conservandae et restaurandae gratia  
 Principibus Electoribus placuit inter se constituere iudicium ami-  
 cabile, quod ut semper vigeat, etiamsi nova forma inducatur, ob  
 salutem uniuersi Imperii et singulorum principum omnino opta-  
 bile est.

De loco et tempore iudicii omnino dubitatio oritur.  
 ferunt poline se debent. Nihil quidem prohibet, quo minus  
 Electores in loco statuto conveniant, et autem statum de valde  
 dabitur. Mandata autem iudicium in loco statuto per mini-  
 stros et legatos, qui procuratorem illustri ex mandato ipsorum  
 Electorum agunt, congregati erant iudicium in loco statuto, ideo  
 que optima talis iudicii consistendi ratio erit, ut legatis comitis  
 rursus eadem iudicium mandatum negotium, nisi per Ministros in suis  
 Electorum, etiam resistentem hanc componere placeat. For-







OK II 22184

X 2577191


*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

M







*13. M. II, 86*  
*p. 17, 12.*

II k  
2184

SPECIMEN IVRIS PVBLICI  
DE  
**IVDICIO PRINCIPVM ELECTORVM**  
A M I C A B I L I  
AD  
FOEDVS PRINCIPVM ELECTORVM NOVISSIMVM  
AN, MDLVIII. CAP. II. ILLVSTRANDVM.

UNIVERSITÄTS- und  
BIBLIOTHEK  
(BAALF)  
LEIPZIG

SUMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

A. D. XXI. FEBRVARII CIOCCCLXXXVIII.

H. L. Q. C.

DISCEPTANDVM PROPOSIT  
**CAROLVS CHRISTIANVS CLARVS**

MERSEBVRGENSIS  
IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREVS.

LIPSIAE  
EX OFFICINA SOMMERIA.